

priuilegio per Paulum explicato ostendimus, & absque eius mutatione, sed ob solam præcepti Ecclesiastici variationem. Ad tertium fateor, eam Doctorum auctoritatem concludere oppositam sententiã esse valde probabilem. Quod nos num. 9. falsi sumus. At non est mirum, oppositam pauciorum, nec tanta auctoritatis, esse probabiliorem. Quia quotidie nouã rationes ponderantur, quã oppositam partem communi sententiã probabiliorẽ esse fuaident. Ad quartum dic, in dubio fauendum esse valori matrimonij, nisi causa alia magis fauorabilis oppositum sua-

deat. At hic concurrit ex altera parte fauor fidei, qui summus est, ob quem Christus huius matrimonij dissolutionem concessit. Ad vltimum dic, non esse rationem dissolutionis, quod ea habitatio cum fide pugnet: sed quia tunc infidelis dicitur recedere volens habitationem fidei interdictam. (vt n. 4. & 9. ostendimus.) Et esto ea esset ratio, satis cum fide pugnat, ac illã dedecet, habitare fidelem cum infideli in tam arcta vitæ consuetudine, ac est coniugalis in hac tempestate, in qua infideles sunt adeo obstinati, vt meritò ex tali consortio eorum salus desperetur.

DISPUT. SEPTVAGESIMA QVINTA.

An in prædictis casibus, quibus licet fidei matrimonium dissoluere, & ad aliud transire, dissoluatur statim matrimonium, an potius tunc, quando fidelis ad alias nuptias transit?

SVMMARIVM.

Non statim ac infidelis conuertitur ad fidem, dissoluatur matrimonium. n. 1.
 An dissoluatur statim ac infidelis renuit legitime habitare cum fidei? Refertur duplex sententia. n. 2. & 3.
 Non dissoluatur, donec fidelis ad alias nuptias transeat. Et infidelẽ ante eum transitũ conuersum tenetur fidelis recipere. n. 4.
 Non dissoluatur, quauis Ecclesiã sententiã interceperit, donec fidelis ad aliud matrimonium migret. n. 5.
 Infidelis nequit valido matrimonio iungi, donec fidelis aliud ineat. n. 6.
 Non dissoluatur id matrimonium per transitũ infidelis ad aliud. n. 7.
 Si infidelis ad altere conuertatur ad fidem, nondum fidelis alio matrimonio deuincto, nõ tenetur fidelis eam admittere, ac nequit ad alias nuptias fidelis migrare. n. 8.
 Si ante nouas fidelis nuptias conuertatur ad fidem, non est opus nouo inter ipsos matrimonij contractu. n. 9.
 Si post nuptias fidelis, eo que iam viduo effecto, conuertatur coniux infidelis, non tenetur fidelis illum admittere, nec potest, nisi nouũ cum eo matrimonium ineat. n. 10.
 An si infidelis post fidelis conuersionem actus infidelitatis exerceuerit, reuocatur fidelis eum admittere, si conuertatur ante matrimonium nouum ab ipso fidei initium. n. 11.
 Satisfit argumentis. n. 12.

Ertissimum est (vt probauimus disputatione 73. num. 6.) non statim ac alter coniux ad fidem conuertitur, altero in infidelitate remanente, dissolui prius matrimonium. Difficultas autem eò pertinet, an in casibus, in quibus disput. precedenti diximus, integrum esse coniugi ad fidem conuerso transire ad aliud matrimonium: quia, nimirum, iuxta nostram sententiam, alter renuit ad fidẽ conuerti: vel iuxta alteram, non vult cohabitare abfque contumelia Creatoris, aut sine pertractatione ad peccatũ, dissoluatur eò ipso matrimonium: an potius tunc, quando fidelis transit ad alias nuptias?

Triplex est sententia. Prima ait, statim dissolui non expectato transitu fidelis ad aliud matrimonium. Ducitur ex c. finali 28. q. 2. quod est desumptũ ex D. Ambrosio. 1. Cor. 7. ibi. *Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur.* Secunda, quia id videntur docere versiculi, qui communiter circumferuntur, & recitantur à Glossa cap. quanto, verb. contumelia, de diuortijs.

Spernas spernentem, vel blasphemare volentẽ. Nam sunt absq; mora sic vincula rupta priora. Tertio, quia posterus matrimonium iniri priori permanente nõ potest. Ergo prius matrimonij dissolutum, antequam secundum inãtur. Et ideo huius sententię sunt

ex turis peritis, Ioannes Doctor antiquus relatus à gloss. c. Gaudemus, verb. cõpelle tur, de diuort. gloss. c. si infidelis, verb. libertatem. 28. q. 1. & c. fin. verb. ius. 28. q. 2. & c. quãto, verb. qui relinquitur, de diuort. & ibi Innoc. n. vnc. paulò post princ. Host. n. 3. Abb. n. 7. Prap. n. 5. Idem Abb. d. c. gaudemus. n. 15. vbi Prap. 6. qui autem, n. 4. Goffred. sum. rit. de diuort. n. 7. & de conuert. infid. n. 2. Ast. 2. p. sum. libr. 8. tit. 2. 1. ar. 2. q. 5. Angel. verb. matrimonij, 3. impedimento. 10. n. 3. Ant. Cuc. libr. 5. instr. maior. tit. 12. n. 100. Et ex Theologis Ricard. 4. d. 39. ar. 2. q. 1. Alcius dorenensis lib. 4. sum. m. 2. tra. 1. 9. c. 6. q. 2. statim in princ. Abulens. 1. Reg. 8. q. 30. Manuel. 1. tomo sum. m. 2. editione. c. 23. o. fine. Et dicunt esse probabilem Bartholom. à Ledesma, & Vega. n. 4. allegandi.

3 Secunda sententia concordat cõ præcedenti quoad hoc, vt dissoluatur prius matrimonium ante posterius à fidei initium, sed differt in hoc, quod præcedens ait dissolui statim ac infidelis monitus renuit legitime habitare: hæc autẽ ait nõ statim dissolui, sed quãdo auctoritate Ecclesiã concessio termino infidelis non vult legitime cohabitare fidelitunc enim elapso termino dissoluatur eò ipso matrimonium: & licet solutũ sit matrimonium, si conuertatur infidelis ante transitũ fidelis ad alias nuptias, restituet in infidelis iure postliminij ad prius matrimonium, & compellitur fidelis ipsum recipere, & iterum contrahere cum illo: si verò pẽdente cõpulsionẽ ineat fidelis aliud matrimonium, dicit hæc sctẽtia id fore validũ, eò qd prius sit omninò solutum. Ita sustinent Host. c. gaudemus. num. 13. super verb. cõpelle tur, de diuort. Ioan. And. n. 15. Anton. n. 20. Anchar. n. 26. Archid. c. fin. n. 2. 28. q. 2. & ibi Bellamera. n. 2. Henric. c. quanto, de diuort. n. 3. Sed disput. præcedenti n. 17. probauimus, non esse necessarium assignari terminum à iudice.

4 Tertia sententia (cui adhæreo) sustinet nõ dissolui prius matrimonium, donec fidelis ad alias nuptias transeat, ita vt generatio vnus sit corruptio alterius. Quare si fidelis nõquã mutet statũ, perseverabit prius matrimonij vinculũ, & quotiescũq; infidelis conuersus fuerit ad fidẽ, tenebitur fidelis illũ tãquã verũ coniugẽ admittere. Probãt e. c. gaudemus ad fin. de diuort. ibi. *Quod si conuersum ad fidẽ, & illa conuersa sequatur, antequã propter causas prædictas legitimã ille ducat vxorẽ, eã recipere cõpelle tur.* Si ergo

cõpelle tur recipere, non erit solutũ prius matrimonium. Nã si solutũ erat, non potest cõpelli ad recipiendũ eũ, qui verus cõiux non est. Huius argumẽti vim perpẽdẽtes Doctores cõtranj varias excogitarũ solutiones. Prima est, quã tradat Doctores noui. præcedẽti allegati, restitui vinculũ prioris matrimonij, quali iure postliminij. Vt c. cõ per bellicã. 33. q. 3. Secũda solutio est Goffredi allegati. n. 2. cõpelli ruc fidelẽ ad recipiendũ infidelẽ nõ denuò cõuersum, nõ virtute prioris matrimonij, quod omninò solutum est, sed virtute noui matrimonij, quod compellitur inire fauore religionis Christiane assũptæ. Sed prior solutio in de cõsuetate, quia non est restitutio, vbi nullũ ius cõpetit ei, cui restitutio faciendã est. At semel dissoluto matrimonio, nullũ ius competit infideli denuò conuerso, ad quod restituitur. Præterea, quia ius postliminij tunc habet locũ, quando quispiam existimabat ius amississe, quod verò non amiserat, ac idcirco si aliqua res eius ad aliu peruenierat, ei redduntur. At que ideo. c. cum per bellicã. 34. q. 3. restituitur vxor secundò nuptã priori viro, quẽ defunctũ falso putabat, eò quod verè inter illos fuisset matrimonium. At in nostro casu nullum superest ius coniugi infideli supposita vera prioris matrimonij dissolutione. Nõ ergo habet locum ius postliminij. Posterior etiam solutio inde redarguitur, qd nullus ad matrimonium cum persona determinata cõpelli possit, nisi vel ex propria promissione. c. ex literis. e. 2. de spõsal. vel ex delicto, vt quia virginẽ deflorauit inuitam. c. 1. de adult. Atq; ita Doctores eo. c. 1. dicunt illum casum esse specialem: vt Innoc. ibi. n. 2. Host. n. 2. Ioan. Andr. fine. Anton. n. 6. Anchar. n. 4. Cardin. n. 1. oppositione. 3. Ananias. n. 4. Imò nec tunc præcisẽ compellitur, sed casu, quod deflorans non vult dotem defloratæ cõstituerẽ. Vt constat ex c. 2. de adult. & docet Host. Ioan. And. Anchar. Cardin. Anani. Antõg. eisdem locis. Cũ ergo in hoc euctu nullum sit fidei delictum, nullaque promissio superest dissoluto omninò prioris matrimonij nõ est cur compellatur. Nec rationi consonat ex consequentiã prioris matrimonij in fidei fauorem cõpulsionẽ hæc statui. Cũ etenim prius matrimonij omninò defierit, & is nihil sit, nullũ ius, & cõsequentiã ipsius superesse possunt. Sicut quia morte dissoluitur matrimonium, aut si si ratũ, professione reigionis, si mortuus

resurgere, vel eum monacho prius despon-
fato dispensare in voto solemnī, nullū
ius prioris matrimonij iā dissoluti super-
esse, sed liberā esse huic, priori vxore vi-
uente, ad alias nuptias transire. Et confir-
matur, quia licet fauor fidei multus sit, nō
tamen est tantus, vt cogat coniugē admit-
tere ad consortiū coniugale alterū, qui ante
conuersionē ad fidem adulterium admi-
sit. c. gaudemus, in fine, de diuort. Ergo
multo minus sufficit, vt cogat recipere
eum, qui coniug legitimus non est. Minus
quippe est retinere verum coniugē, quā
nouo matrimonio copulari. Secūdo princi-
paliter probatur nōstra sententia, quia. c.
quāto, de diuort. declarauit Innoc. III. c.
finale. 28. q. 2. decidēs contumeliā creatō-
ris soluere ius matrimonij circa eū, qui re-
linquitur: vt intelligatur, tunc fas esse fi-
deli ad alias nuptias transire. Sentit ergo
Pontifex, tunc non esse ipso facto dissolu-
tum prius matrimonium, sed ius esse fide-
li ad illud dissolendum, alio matrimonio
inito. Tertio, quia. c. gaudemus, de diuort.
in fine, dum dicitur, teneti fidelem ad in-
delem postea conuersum admittendum, si
nōdum ad secundas nuptias fidelis tran-
sierat, temperatur, nisi infidelis fuerit forni-
catus. Ergo prius matrimonij non dissolu-
tū erat. Solā enim fornicatio tēpore legi-
tīmī matrimonij admittit obijci potest ad
diuortij, vt potē quæ solā matrimonio in-
iuriam irrogat. Tandē, quia si solum es-
set prius matrimonium, fidelis & infidelis
illi coeuntes rei essent fornicationis: & si
infidelis statim aliud iniret matrimonij,
antequam fidelis ad aliud transiret, esset va-
lidum. Quæ nullus admittet. Nec valet, si
dicas solum esse prius matrimonium ex
parte solius fidelis, qui relinquitur. Quia
matrimonij vinculum elaudicare nequit,
& ita ex parte vtriusque, vel neutrius solu-
tū esse debet. Et ideo huius sententiæ sunt
ex Theologis D. Thom. 4. d. 39. q. vnica,
rt. 5. ad. 2. D. Bonauent. ibi, ar. 2. q. 2. fine.
Durandus. q. 2. n. 14. Paludan. q. vnica, ar.
2. n. 12. Maioris. q. vnica, columna. 2. vers.
ad aliud. Supplementum Gabrielis. q. vni-
ca, ar. 2. fine. D. Antoninus. 3. p. tit. 1. c. 6.
ad finem. Abulensis. 1. Regum. c. 8. q. q.
36. 47. & q. 115. vsque ad. 118. Ruardus Ta-
per ar. 18. Louaniens. 5. quod matrimo-
nium inter infideles. Sotus. 4. d. 39. q. vni-
ca, art. 4. columna. 6. vers. nihilominus. Pa-
lacios ibi, disput. vnica, columna. 18. vers.
mihi verō. Celata ibi. q. vnica, col. penult.

Ledesma. 2. p. 4. q. 61. ar. 5. in solutione ad
argumentū. Viguerius lib. institutionum,
c. 16. 5. 7. vers. 9. impedimento. 10. Vera-
cruz. 1. p. Speculi, ar. 33. conclus. Angles
floribus. 1. p. vbi de matrimonio. q. 1. 2. ar. 2.
dubio. 5. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8.
8. n. 4. Valentia. 4. p. disput. 10. q. prima,
pund. 7. columna. 2. & in suis controuer-
sijs, lib. vnico de indissolubilitate matri-
monij. c. 2. Emmanuel Sa summa, verb. ma-
trimonium, vbi de impedimentis dirimen-
tibus. n. 8. vers. conuersus ad fidem. Petrus
de Ledesma de matrim. q. 59. art. 5. du-
bio vnico, conclus. 5. Bartholomæus à Le-
desma dubio. 56. de matrim. conclus. 3.
Ludouicus Lopez. 2. p. instrum. vbi de ma-
trim. c. 53. columna. 4. vers. huiusmodi au-
tem matrimonium. Vega. 1. tomo summe,
cap. 13. casu. 15. & 2. tomo. c. 34. casu. 145.
Vivaldus candelabro sacram. 1. p. vbi de
matrim. nu. 221. Cañedo summa sacram.
vbi de matrim. c. 7. n. 66. Et ex Iurisperi-
tis glof. c. gaudemus, verb. compellerur,
de diuort. magis inclinari in hanc senten-
tiam. Et eam tenent Hostiensis summa,
tit. de diuort. n. 12. vers. non solum. Ale-
xander de Neuo. d. c. gaudemus. 5. qui au-
tem. n. 9. Ioann. de Triburgo summa cō-
fessorum, lib. 4. tit. 10. q. 8. Syluest. verb.
matrimonij. 8. q. 10. dicto 8. Artilla ver-
bo, matrimonij. n. 38. Tabiena verbo, im-
pedimentum, impedimento. 8. q. 2. nu. 5.
Turrecr. c. simili modo. n. vnico, in solu-
tione ad. 2. 28. q. 1. Nauar. summa. c. 22.
n. 49. & lib. 3. consil. tit. de conuers. in de-
lium, in 1. editione, consilio. 1. n. 6. & 9. &
consil. 2. n. 5. in 2. consil. 1. n. 5. & consil. 3. n.
6. & 9. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 5.
Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2.
tit. de diuortijs. §. quod si conuersum, ver-
bo, compellerur.

Hinc infertur, quāuis Ecclesiæ senten-
tia intercesserit declarans liberum esse fi-
delem ad aliud matrimonium transire, ad-
huc per illam sententiam minimē dirimi
prius matrimonium, donec fidelis ad alias
nuptias transeat. Quod sententia illa Ec-
lesiæ non dirimat, sed solum declarat ius di-
rimendi competens fidei. Sic Sotus. 4. d.
39. q. vnica, ar. 4. columna. 6. vers. nihilomi-
nus.

Secundo infertur, si ante matrimonij
à fidei contractum transire infidelis ad
alias nuptias, eas fore irritas, & ita si post
modum ad fidem conuertatur, esse ab il-
lis eum separandum, & reddendū coniugi

prius

prius conuerso. Quia priuilegium hoc dis-
soluendi matrimonij prius, per alias nup-
tias sequentes, non concessum est à Chri-
sto infidelij, sed fidei in fauorem fidei, vt
expresse habetur. c. quāto, de diuort. & c.
fin. 28. q. 2. Et quāuis matrimonium clau-
dicare nequeat quoad vinculum, sed eo dis-
solutū ex parte vnicius cōiugis, dissoluatur
quoq; ex parte alterius, at claudicare po-
test quoad effectum, & obligationem, vt al-
tero coniuge solo adultero claudicat mat-
rimonium quoad obligationē cohabitandi.
Cum soli innocenti diuertere liceat. Et
ita tenent Ricardus. 4. d. 39. ar. 2. q. 3. in so-
lutione ad. 2. Alrissodorenus lib. 4. sum-
ma, tractatu. 9. cap. 6. q. 1. fin. Nauar. lib. 3.
consiliorum, tit. de conuers. infid. in 1. edi-
tione, consil. 1. nu. 10. in solutione ad. 2. in
2. consil. 3. eodem, nu. 10. Sotus. 4. d. 39. q.
vnica, art. 4. col. 7. paulo ante vers. ad ver-
bum. Et ibi Ouandus. q. vnica, propositio-
ne. 4. Abul. 1. Regum. 8. q. 36. Enriq. lib. 11.
de matrim. c. 8. nu. 5. Verac. 2. p. Specul. ar. 34.
Petrus de Ledes. de matr. q. 59. art. 5. in cor-
rollario illato ex. 5. conclus.

7 Tercio infertur, non dissolui matrimo-
nium per alias nuptias ab infideli initas.
Quia cum ex irrita sint (vt nu. præceden-
ti probauimus) nil possunt operari. Præte-
rea, quia priuilegium hoc dissoluedi soli
fidei concessum est (vt ibidem probaui.)
Atq; ita docent Abulens. 1. Regum. 8. q.
105. Veracruz. 2. p. Speculi, ar. 33. conclus. 4.
Vega. 2. tomo summe. c. 34. casu. 48. Vn-
de minus benè Palacios. 4. d. 39. disput. vni-
ca, ad finem, vers. admonendus, ait dissolui
matrimonium, quando vel fidelis, vel quā-
do infidelis transiret ad aliud matrimonij.

8 Quartō infertur, si infidelis fornicetur,
& post conuertatur ad fidem, ante secun-
dum matrimonium à fidei initum, quam-
uis fidelis possit eum expellere ob id adul-
terium: vt dicitur expresse. c. gaudemus,
de diuort. in fine, non tamen posse fidelē
ad aliud matrimonium transire. Quia cessa-
uit infidelis pertinacia, quæ facultatem il-
lius matrimonij dissoluedi præbebat. Sic
Abulensis. 1. Regum. 8. q. 55. & 127. Bar-
tholomæus à Ledesma de matrim. dubio.
56. conclus. 4. Vega. 1. tomo summe. c. 13.
casu. 15.

9 Quinto infertur, si ante matrimonij à
fidei coniuge initum, alter conuertatur,
minimē opus esse nouo consensu ad ma-
trimonium præcedens instituerē. Quia
nondum dissolutum est, & ita docet Sylu-

verb. matrimonium. 8. quæstion. 10. dicto
6. fine.

10 Sexto infertur, non esse habendam fidē
Innocentio. c. quāto, nu. vnico, vers. per
hanc, de diuort. vbi docet fidelem, qui legi-
timē ad aliud matrimonium transijt, eō qd
infidelis monitus legitimam habitatiōē
reuerterit, teneri solum eo matrimonio per
mortem alterius coniugis, admittere in cō-
sortium coniugale priorem coniugem infi-
delem, si tunc ad fidem reducat. Quem
sequuntur Hostien. c. gaudemus. n. 13. su-
per, verb. ille, de diuort. & ibi Ioan. Andri
nu. 15. Quod solum posteriori matrimo-
nio cessat iam impedimentum oblatas
admissioni prioris coniugis iam ad fidem
conuersi. Sed iure optimo hanc sententiā
impugnāt Abulensis. 1. Regum. 8. q. 117.
Quia cum prius matrimonium solum om-
ninō sit posteriori contracto, non est cur
post huius dissolutionem sit cogendus fi-
delis stare priori. Deinde, quia. cap. gaudem-
us, in fine, de diuort. solum dicitur com-
pellen dum fidelem ad receptionem infide-
lis iam conuersi, quando ille nondum tran-
sijt ad secundas nuptias: eō quod tūc præ-
seuerer prioris matrimonij vinculum. Cū
ergo in hoc casu iam transierit ad secundas
nuptias, ac per illas legitimē cessarit prius
matrimonium, minimē compellenus est.
Adde nec posse illum admittere, nisi nouo
matrimonio inito. Cū prius omnino
extinctum sit.

11 Vltimo infertur, nec credendū esse Ri-
cardo. 4. d. 39. ar. 2. q. 1. Supplemento Gab-
rielis ibi. q. vnica, ar. 2. conclus. 5. Astenfi
2. p. summa, lib. 8. tit. 21. art. 2. q. 1. vbi di-
cunt fidelem coniugem non posse expel-
lere infidelem postea conuersum ante trā-
situm fidelis ad alias nuptias, ratione infi-
delitatis præcedentis. Quia in ea ambo cō-
iuges æquē exiterunt: nisi post prioris
conuersionem posterius conuersus adus
aliquos infidelitatis exercuerit. Tūc enim
ab eo diuortium facere poterit; non tamē
aliud inire matrimonium. Ducunturq; si-
militudine fornicationis carnalis, ob quā
neuter coniug, qui innocens non est, po-
test diuortium celebrare, at si post alterius
emendam relabatur alter in adulterij, po-
test emēdatus diuertere. Sed aduersus hos
est aperte textus. g. gaudemus, in fine, de
diuort. decidens teneri fidelem ad admit-
tendum infidelem, qui præterita pertina-
ciæ pœnitentia ductus reducit ad fidem
ante trāsijt ipsius fidelis ad alias nuptias.

Gg

At

At is infidelis actus infidelitatis exercuit post alterius conversionem. Quia nolle conuerti, nec habitare sine creatoris contumelia, sunt actus infidelitatis: & moraliter etiam est certum, fore ut medio illo tempore infidelis pertinax ueretur in deorum cultu, & alijs suis sectæ ceremonijs: eò vel maxime quod textus minimè præscribat tempus, quo infidelis ille post prioris conversionem, ad fidem redire debeat, ut necessariò à fidei admittendus est: sed generaliter admittendum esse decernat, quoties conuertitur ante transitum fidelis ad secundas nuptias. Et ad fundamentum contrarium responderi optimè Abulensis. 1. Regum cap. 8. quæst. 69. ubi opponitur contra prædictam decisionem. dicitur cap. gaudemus, non teneri fidelem ad infidelis postea conuersi admisionem: quòd hic in fornicatione spirituali infidelitatis maneat. Et respondet non esse simile de fornicatione spirituali, & carnali: nam ratione huius diuortium perpetuum conceditur: at ratione illius solum temporale, quoad illa durat. Quod latius probabo

lib. 11. disputat. 15.

Ad argumenta num. 2. proposita respondetur. Ad 1. constat ex dictis num. 4. ubi adduximus textum explicantem, contumeliam Saluatoris soluere ius matrimonij, id est, concedere ius fidei ad illud dissoluedum alio matrimonio inito. Ad 2. dicitur verum esse quod in illis uersibus continetur. Quippe intelligitur statim esse rupta vincula priora, non quòd statim desinat esse prius matrimonium, sed quia statim incipit fidelis habere ius dissoluedi prius matrimonium, & alterum inuendi, quasi nullum præcessisset: & ita dicitur ex tunc rumpi vinculum illius, quasi ex tunc non maneat firmum, & indissolubile. Ad 3. dicitur, satis esse prius natura dissolui prius matrimonij in genere cause materialis, in quantum ea dissolutio est dispositio requisita ad valorem posterioris matrimonij: at posterius natura in genere cause efficientis, quatenus illa dissolutio est posterioris matrimonij effectus. Sicut contingit in generatione uinij, expulsiōneque formæ contraria.

DISPUT. SEPTVAGESIMASEXTA.

Utrum quoties licet fidei transire ad alias nuptias propter infidelis obstinationem, liceat similiter eidem fidei transire ad religionem, vel ordines, aut simplex castitatis votum emittere: Atque per hæc dissoluatur prius matrimonium, ac per nuptias?

SVMMARIVM.

Licet fidei transire ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittere, si infidelis renuat conuerti, & si habitare velit absque Dei contumelia num. 1.
An dissoluatur per professionem à fidei factam, eò quòd infidelis conuerti renuat, volens tamen habitare sine Dei contumelia num. 10.
An dissoluatur per susceptionem Sacrorum ordinum num. 11.
Quid, per simplex castitatis votum à fidei emissum num. 12.
Satis argumentum num. 13.
An id matrimonium consummatum dissoluatur per hanc professionem? Refertur quædam sententia num. 8.
Proponitur sententia Autharis num. 9.
An dissoluatur per professionem à fidei factam, eò quòd infidelis conuerti renuat, volens tamen habitare sine Dei contumelia num. 10.
An dissoluatur per susceptionem Sacrorum ordinum num. 11.
Quid, per simplex castitatis votum à fidei emissum num. 12.
Satis argumentum num. 13.

serit, sed nouitius sit num. 7.

An id matrimonium consummatum dissoluatur per hanc professionem? Refertur quædam sententia num. 8.

Proponitur sententia Autharis num. 9.

An dissoluatur per professionem à fidei factam, eò quòd infidelis conuerti renuat, volens tamen habitare sine Dei contumelia num. 10.

An dissoluatur per susceptionem Sacrorum ordinum num. 11.

Quid, per simplex castitatis votum à fidei emissum num. 12.

Satis argumentum num. 13.

Hac in re certum videtur licere fidei transire ad religionem, vel ordines, aut votum simplex castitatis emittere, quoties infidelis monitus conuerti renuit, licet habitare

velit

velit absque creatoris contumelia, & sine pertrahione ad peccatum. Quia siue tenentur posse tunc dissolui matrimonij, quòd infidelis renuit conuerti predicto modo habitare, siue contrarium: utraque tamen sententia fatetur licitum esse tunc diuortium. (vt diximus disputat. 73. nu. 7.) Sicut ergo coniugi legitime diuortium facti ob adulterium, integrum est hæc efficere, quamuis matrimonij vinculum per se ferret: ita celebratio diuortio in hoc casu id licebit: quamuis sustineatur non dirimi matrimonij vinculum. Et ita docent. D. Tho. 4. d. 39. q. vnica, artic. 5. ad 4. Albericus in suo dictionario, litera I. verb. infidelis, verbi gratia conuersus ad fidem. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 2. art. 2. q. 11. Rainerius. 2. p. summa. tit. de matrim. c. 21. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 9. nu. 11. & ibi Supplementum Pisanæ impementorum. 9. nu. 8. Angelus, verb. matrimonium, 3. impedimento. 10. nu. 6. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 10. dicto. 8. Sotus. 4. d. 39. q. vnica, artic. 4. ad finem corporis. Gaeta repetitione c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 76. nu. 430. Antonius Cucus lib. 5. institutio num maiorum. tit. 12. nu. 103. Et idem supponit Petrus de Ledema de matrim. q. 59. artic. 5. dubio vnico, conclus. 6. quamuis sit eius sententia, vt nequeat dissolui matrimonium, quando infidelis renuens conuerti vult habitare sine Dei contumelia, & pertrahione ad peccatum. Quod idem concedunt alij patrones illius sententia, (vt testatur Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. nu. 4 in commento, litera S.) Quæ autem sit differentia quoad hoc, inter Doctores vtriusque opinionis, dicemus nu. 10.

Secundo supponendum est, esse consilium existente probabili spe conversionis infidelis, vt coniux ad fidem conuersus non transeat ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittat: Ne per hoc impediat infidelis coniugis conuersio destituti spe recuperandi coniugis. Et hoc colligitur ex. D. Thoma, Alberico, Astenfis, Rainerio, Rosella, Supplemento Pisanæ, Angelo, Syluestro, Armilla, Soto, Gaeta, Antonio Cucu. nu. præcedenti relatis: dicunt enim non debere fidelis hæc efficere, quoad illi spes subest. Quod si ea spe non extincta, fidelis votum emitteret castitatis, teneretur id seruare. Vt bene docet Sylu. & Antonius Cucus ibidem. Quia cum legitime possit diuortium celebrare fidelis altero renuente conuerti, legitime etiam

tali voto se aligat.

Ante monitionem autem infidelis non potest fidelis ad religionem, aut ordines transire: Sicut de transitu ad aliud matrimonium probauit disput. 74. nu. 12. & sequentibus. Monitio enim in casibus, quibus ibi diximus prærequiri ad matrimonium, & desideratur etiam ad transitum ad religionem, vel ad ordines, vel etiam vt fidelis emittat votum castitatis obligans ad non reddendum. Quod optimè docet Sotus. 4. d. 39. q. vnica, artic. ad finem coporis, in dubio 3. & subdit id non solum esse eò quòd infidelis coniux tunc difficiliter conuertetur, verum etiam quia ante cognitam infidelis voluntatem, qua baptismum renuat, non est fidelis absolutus ab obligatione reddendi debiti, ac cohabitandi: atque nequit celebrare diuortium. Quod idem aperte docet. D. Tho. & omnes Doctores. nu. 1. allegari, ubi dicitur licere hunc transitum fidei, subdunt, si monitus infidelis renuat conuerti. Quare non est audiendus Abulensis. 1. Reg. c. 8. q. 93. in solutione ad 4. ubi discrimen constituit inter transitum ad religionem, & ad aliud matrimonium, vt ille liceat nulla infidelis monitione præmissa: secus de hoc. At ipse met eodem. c. 8. q. 63. melius sentit in vtroque casu esse necessariò præmittendam monitionem. Cùm nulla discriminis ratio appareat.

Imò si initio renuat infidelis conuerti, & legitime habitare, postea autem nõdum statu fidelis mutato conuertatur, non poterit iam fidelis ad ordines, religionem, aut votum castitatis obligans ad non reddendum, transire: sicut nec ad aliud matrimonium. Quod tunc ita alligatus sit fidelis priori matrimonio, vt teneatur priorem coniugem ad consortium coniugale admittere. Vt dixi disput. præcedenti. nu. 4.

Hoc temperant quidam, nisi sententia Ecclesiæ separatio matrimonij facta esset, eò quòd infidelis noluerit conuerti: tunc enim asserit conuerti postea infidelis, integrum adhuc esse fidelis ad religionem migrare. Idque probant ex. c. finali, de conuers. coniug. Sic Glossa c. gaudemus, verb. compelleretur, in fine, de diuort. Anton. c. quado. nu. 11. eodem tit. Hostien. summa, eodem tit. nu. 12. verum non solum, in fine. Et facit Goffredus summa. tit. de diuort. au. 7. ubi sub distinctione sequitur hanc partem, vel contrariam. Sed merito Abulensis. 1. Reg. 8. q. 64. hoc reprobat. Quia e.

finale, de conuers. coniug. loquitur de fidelis in fine ipso, & ob id ab Ecclesia damnato: tunc enim conceditur alteri religionis ingressus, eo quod per sententiam absolutur fidelis ab habitationis obligatione. At non est item de infidelibus, qui minus delinquant, & magis eis conuersus ad fidem fauere, nec sententia Ecclesie punire eos, absoluendo fidelem ab obligatione cohabitandi, sed tantum declarat huic liberum esse diuertere, ad aliumque transire statum, nisi re integra alter conuertatur. Deinde quia non minus leditur coniux infidelis conuersus ad fidem per transitum fidelis ad religionem, quam per aliud matrimonium sequens, at hoc non potest inire, sed copulatur priori stare, e.gaudemus, in fine, de diaot. Ergo nec poterit profiteri.

Quod si infidelis conuertatur postquam iam fidelis professus est, vel sacris initiatus, non est sibi fidelis restituendus: sed imputet sibi eandem conuersionem. Quia legitime status est assumptus. Et ita docet. D. Tho. & omnes Doctores allegati. nec aliquis discrepat. Sed solum discordant Auctores circa matrimonij dissolutionem: (vt statim videbimus.) Et licet prædicti Doctores non loquantur de voto castitatis emisso à fidelis eandem dicendum est. Sicut si tempore diuortij ob adulterium emiserit coniux innocens votum castitatis absolute. Quia tempore habili emissum est.

Imo si infidelis conuertatur fidelis ingressum iam in religionem, nondum tamen professus, existimant aliqui non cogendum fidelem redire ad coniugem conuersum. Quia licet non solum sit matrimonium, at ius cohabitacionis amissum est, eo quod infidelis monitus reuertit: nec res est integra, est enim fidelis in statu qui vult matrimonij repugnat. & ingressus est tempore habili. Sicut fornicante coniuge non dissoluitur matrimonium, & tamen innocens ingressus religionem non potest nouitatus tempore extrahi. Sic Abulensis. Regum. c. 8. q. 66. & 74. Sed contrarium dicendum est cum alijs, quos tacito nomine refert ibi Abul. q. 66. Quod res sit integra, non enim est fidelis tempore conuersionis infidelis, in statu repugnati, sed in probatione, & via ad alium statum. Nec est simile de adulterio carnali, quod diuortij perpetui causa est: & ita sicut innocens existens in seculo nunquam est compellendus recipere adulterium: ita nec si sit nouitius. At infidelitas non est causa

diuortij perpetui, (vt dixi disput. præcedenti. nu. n. sine) sed dum ea durat, quare ea cessante tempore quo coniux fidelis nondum mutauit, instaurandum est prius matrimonium.

Difficultas autem est, an eo casu quo dissoluitur matrimonium consummatum infidelis ob eius obstinationem, per transitum fidelis ad aliud matrimonium, dissoluitur quoque proficente fidelis in religione approbata? Abulensis. Regum. c. 8. q. 68. & 74. id negat. Et posset probari, quia nullibi habetur id dirimi professione fidelis. Imo Innoc. III. c. gaudemus, in fine, de diuort. absolute decidit compellendum fidelem admittere infidelis conuersum, antequam ille alia legitima ducat uxorem. Secundo, quia priuilegium Christi concessum fidelis ad dissoluitur prius matrimonium posteriori inuito, fuit ne fidelis cogatur vitam cœlibem ducere (vt diximus disput. 7. q. 4. nu. 4.) Cum ergo huic ne celsitati manendi in cœlibatu solum occurratur transiundo ad aliud matrimonium, per eum solum transitum dissoluitur priores nuptiæ.

Ceterum omnino tenendum est, dissolui prius matrimonium consummatum per professionem illam, sicut dissoluetur per subsequens coniugium. Quia licet nec in iure, nec in diuinis literis hoc decisum reperitur, at commune Theologorum placitum hoc à simili deducit. Si enim ex eis concessa est professio religionis à Christo, vt dissoluit vinculum prioris matrimonij rati inter fideles iniri: necdum dissoluet matrimonium tempore infidelitatis consummatum, quod ratum non est. quanto, & diuot. Et confirmatur, quia magis in dissolubile est matrimonium ratum fidelium, quam consummatum infidelium. Illud enim ultra contractum naturale habet esse verum sacramentum, nec per subsequentes nuptias dirimi potest. Hoc autem non est sacramentum: ac potest dissolui per subsequens matrimonium. Tandem, quia matrimonium ratum posterius dissoluit prius consummatum tempore infidelitatis iniri, & ita illud est fortius, ac vincit hoc. Cum ergo illud vincatur à professione religionis, & per eam dissoluitur: à fortiori hoc dissoluetur. Quippe si vincit vincetem te, à fortiori vincam te. I. de accessionibus. ff. de diuers. ac temporal. præscript. Et ideo hanc partem tuetur. D. Bonaventura. 4. d. 39. art. 2. q. 2. Ricardus ibi, art. 2. q. 3. Maioris. q. vnica, col. luna. 2. vers. ad aliud. Sotus. q. vnica, art. 4.

ad finem corporis, dub. 3. Palacios disputat. vnica, col. 1. 9. fol. 913. vers. ceterum. Celaia. q. vnica, col. penult. Angles. florib. 1. p. vbi de matrim. q. 12. art. 2. dubi. 7. concl. 1. Enriquez lib. 11. de matric. c. 8. nu. 5. Emmanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 8. vers. conuersus ad fidem. Pet. de Ledesma de matric. q. 39. art. 5. dubio vnico, concl. 6. Lud. Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matrico. c. 53. col. antepenult. vers. sed grauius. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu 145. Cañedo summa Sacram. vbi de matric. c. 7. nu. 67.

Ea tamen est discretio iuxta diuersas sententias. Quod Doctores asserentes non licere fidelis ad aliud matrimonium transire, priusque dissolueri, quando infidelis renuens conuerti, vult habitare sine creatoris cœtumenia, & sine pertractione ad peccatum, fauentur posse tunc fidelis ad religionem transire (vt diximus nu. 1.) at censent non dirimi prioris matrimonij vinculum. Sicut cōiux innocens potest ab adultero diuertere, ac religionem ingredi, nec per id vinculum matrimonij dirimitur. Et ita tenet Petrus de Ledesma nu. 1. allegatus: & aduertit Enriquez ibi quoque; relatus, ita scire Doctores huius sententia. At sustinendo dissolui posse matrimonium, quando infidelis renuit conuerti, quamuis prædicto modo habitare velit, est dicendum per professionem æque dissolui, sicut per nuptias subsequentes, vt probant rationes nu. præcedenti adductæ.

Similiter sustinent aliqui Doctores, dissolui quoque matrimonij vinculum per transitum coniugis fidelis ad ordines sacros, quæ admodum per alias nuptias, aut religionis professionem. Cum sit status priori coniugio repugnans. Ita sentiunt D. Bonau. 4. d. 29. art. 2. q. 2. & ibi Ouand. disp. vnica, ad fin. Et expressè id videtur sentire Maioris ibi. q. vnica, col. 2. vers. ad aliud, ait enim dissolui quando fidelis cum alio contrahit, vel proficitur, vel ad frugem melioris vitæ transit. Et Sotus 4. dist. 39. q. vnica, ar. 4. ad finem corporis, dubio 3. ait se valde perplexum esse in hac questione. At dicendum est non dirimi. Quia nulla est ratio id probans, nec si status dirimit matrimonium ratum fidelium. Et ita tenent Sotus quauis aliquantulum anceps proximè allegatus, Angles florib. 1. p. vbi de matric. q. 12. dub. 7. concl. 2. Enriquez, Emmanuel Sa, Cañedo citati nu. 9. Pet. de Ledesma de matric. q. 39. art. 5. dub. vnico, col. penult. concl. 7. Lud. Lopez. 2. p. instructor. vbi de matric. c. 53. col. antep. vers. sed grauius. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu 144. Et eiusdem sententia sunt clarè Palacios, & Celaia. nu. 9. relati, dicunt enim non dissolui matrimonium, nisi fidelis transeunte ad religionem, vel aliud matrimonium.

Hinc deducitur, à fortiori non dissolui matrimonium, si fidelis emittat simplex castitatis votum. Quauis cōtrariū significet Maioris in verbis, quæ ex ipso retuli. n. præced.

Ad argumeta. nu. 8. proposita respondetur. Ad 1. constat ex dictis nu. 9. quamuis enim de hoc non sit textus: at deducitur ex ratione vt ibi probatur. Ad secundum admissio antecedenti neganda est consequentia. Quia ed ipso quod ita liber est fidelis ad dissoluitur prius matrimonium, vt possit ad aliud transire, & sic dirimere prius, à fortiori potest id efficere transeundo ad professionem. vt num. 9. probauimus.

DISP. SEPTVAGESIMASEPTIMA.

An quoties dissoluitur matrimonium per transitum fidelis ad aliud coniugium, vel professionem, liceat infideli ad alias nuptias transire, siue conuertatur, siue infidelis permaneat?

SUMMARIUM.

An quando fidelis ad aliud matrimonium, professionem, vel ordines transiit, aut votum castitatis infidelis valide matrimonium in eam. An quando fidelis ad ordinem sacrum transiit, aut votum castitatem, possit infidelis postea conuersus ingredi religionem? num. 2. An peccet infidelis transiens ad alias nuptias, vbi dissoluitur est prius matrimonium pro-

fessione, aut nouis nuptijs coniugis fidelis? Responderunt tres sententia. num. 3. 4. 5. Proponitur sententia Auctoris num. 6. Soluuntur argumenta. num. 7.

Certissimum apud vniuersos est, dissoluto matrimonio per transitum fidelis ad alias nuptias, vel professionem, valide infidelis ad aliud

matrimonium trāsire. Quia cum matrimonio vinculum claudicare nequeat, eò ipso quòd dissoluitur ex parte fidelis, dissolutum manet ex parte vtriusq;: ac proinde nil est quòd valori matrimonij tunc per infidelē iniri obstat. Quādo autem matrimonium nōdū dissolutū est, quia fidelis nō trāsijt ad alias nuptias, vel religionē, iā diximus disp. 75. nu. 6. irritū fore matrimonium infidelis. Similiter iuxta sententiam asseretē non dissolui matrimonium per professionem, vel alias nuptias fidelis, quādo infidelis reuēns cōuertit, vult habitare absq; Dei contumelia, & pertrāsione ad peccatū, dicendū est non posse tunc infidelem validē alio matrimonio deuinciri. Quia iuxta eam sententiā nequit in eo euētū fidelis dissoluere prius matrimonium: atq; ita ea retētā sententiā eius nuptiē fuerūt irritā: (vt dixi disp. 74. nu. 8.) & quāuis profiteri valeat, ac eius professio non dissoluit tunc vinculum prioris matrimonij consummati. (vt dixi disput. præcedenti. nu. 10.) At retenta nostra sententiā asserenti posse dissolui prius matrimonium, quoties infidelis cōuertit reuēit, qualitercūq; habitare velit, per aliud matrimonium fidelis: (vt dixi disp. 74. nu. 9.) & per fidelis professionem: (vt dixi disput. præcedenti. nu. 10) dicendum est validē tunc infidelē trāsire ad alias nuptias. Si autē fidelis ad solos ordines sacros trāsierit, non poterit infidelis validē aliud contrahere matrimonium. Quia prius non dissoluitur. Vt dixi disput. præcedenti. n. 11.

2. Poterit tamen infidelis postea conuersus, quando fidelis ad ordines sacros trāsijt, ingredi religionem. Quod in nihilo priori matrimonio nōdū dissoluto præiudicat. Vt contingit quando celebrato diuortio ratione adulterij, vir innocens est sacris initiatus: (vt dicemus lib. 11. disp. 10. à nu. 6.) vbi etiam dicemus quando innocens castitatis votū emisit. Idem enim in hac questione dicendū est. Cum vtrōq; sit solum diuortium celebratum manente illeaso matrimonij vinculo.

3. Difficultas autem in eo versatur, an peccet infidelis trāsiens ad alias nuptias, vbi prius matrimonium nouis nuptijs, aut professione fidelis dissolutum est? Diuersæ sunt sententiæ. Prima indistinctē ait peccare infidelem contrahendo aliud matrimonium. Ducitur, quia in penam delicti infidelitatis interdicitur illi coniugium: quāuis non ex vi prioris matrimonij, quod iam penitus est dissolutum. Et si quæras,

quo pacto Ecclesia carens iurisdictione erga infideles, poterit illis hanc penam infligere? Respōdent Sotus, Bartholomæus à Ledesma, Vega statim referendi, ac Ludouicus Lopez. nu. sequenti allegandus, prohibitionem hanc non ab Ecclesia promanare, sed ab ipso iure naturali diuino, quod cōiugem infidelem ex matrimonij lege obligabat vt fidelem sequeretur. Secundo, quia infidelis ille nolens conuerti, non solum in ius diuinum omnes ad baptismum obligans delinquit, sed etiam cōtra matrimonij legem. (vt probauimus disput. 73. nu. 9.) Ergo cōtra eandem matrimonij legem peccat, si ad aliud transeat. Tertio, quia matrimonium prius tantum dissoluit quoad coniugem fidelem, qui relinquitur. Vt dicitur. c. quanto, de diuort. & c. finali 28. q. 2. Non ergo infidelis integrum erit, ad alias migrare nuptias. Et ita docent ex Theologis. D. Tho. 4. d. 39. q. vnica, art. 5. ad 3. Altiſidorensis lib. 4. summa, tractatu 9. c. 6. q. 1. vers. ad vltimū dicimus. Sotus. 4. d. 39. q. vnica, art. 4. col. 8. vers. cōtra hoc tamen. Angles floribus 1. p. vbi de mati. q. 12. art. 2. dubio 6. Bartholomæus de Ledesma dubio. 56. de matrim. post. 4. conclusionem. Vega 1. tomo summa. c. 13. casu 15. & 2. tomo. c. 3. casu 146. fine. Et ex Iurisperitis, Glossa. c. quāto. verb. qui relinquitur, de diuort. & ibi Innoc. nu. vnico, ad medium. Hostiensis. nu. 2. Antonius. nu. 9. Præpos. nu. 5. Goffredus summa tit. de diuort. nu. 9. Et explicat esse peccatum lethale, Sotus, Angles, Bartholomæus à Ledesma, Vega. Et D. Tho. expressē videtur sentire hoc verum esse, siue infidelis matrimonium illud ineat, ante conuersionem, siue post: ait enim post conuersionem dispensatiū concedi posse infideli, vt ad alias nuptias transeat.

4. Secunda sententiā ita distinguit. Si infidelis ante conuersionem aliud ineat matrimonium, peccat: secus si post conuersionē. Quia in penā peccati dimissionis cōiugis fidelis est ei interdū aliud cōiugium. Et cum ratione baptismi absoluat ut culpa, extinguitur quoq; pena illi correspondens. Sic sentiūt. D. Bonauentura 4. d. 39. art. 2. q. 2. Astensis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 2. ar. 2. q. 12. Ioannes de Triburgo summa Confessorum, lib. 4. tit. 10. q. 8. Turrec. c. simili modo 28. q. 1. nu. vnico, in solutione ad 3. Ludouicus Lopez 2. p. instr. c. vbi d. matrim. c. 53. col. antepenultim. Et Ricard. 4. d. 39. artic. 2. q. 3. problematicē sustinet

hanc,

hanc, & quartā sententiā. nu. 6. referendam quare hanc censet esse probabilem. 5. Tertia sententiā sustinet infidelem pertinacē in infidelitate, si sit Principibus Christianis subiectus, peccare in eò aliud matrimonium: secus si illis subiectus non sit. Probat, quia infideli non subiecto Principibus Christianis, nulla lege seculari id matrimonium interdicitur, & Ecclesia eum ligare nequit: at subiecto Principibus Christianis interdicitur lege seculari, quā quāuis nullibi scripta reperitur, habetur tamē ex vsu vim legis obtinente: & hunc vsum probat ex tot Doctoribus id matrimonium prohiberi affirmantibus. Sic Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. art. 4. dubio vnico, concl. 3. Sed hæc sententiā displicet. Quia Doctores hanc prohibitionem asserentes, de quibuscūq; infidelibus sermone m faciunt, nec vsu eam prohibitionem iudicatā esse dicunt, sed iure naturali, ex ipsa matrimonij lege. Vt dixi. nu. 3.

6. Quarta sententiā (cui prorsus adhaereo) ait licere infideli, dissoluto semel fidelis matrimonio, ad aliud trāsire. Ducor, quòd nullo iure interdicitur infideli hic transitus. Non enim humano Ecclesiastico, cum Ecclesia careat iurisdictione in infideles: ius vero seculari nullibi reperitur. Nec ius diuinum naturale id infidelibus prohibet. Quia etsi peccat violans ius diuinum naturale legis prioris matrimonij, quā astringebatur sequi priorem cōiugem ad fidem conuersum: at priori illo matrimonio iam penitus dissoluto, nulla lex diuina naturalis prioris matrimonij, quod iam nihil est, superest, qua hic infidelis arceatur ab alio matrimonio. Nec aliud ius diuinum id vetans reperitur: nec id adducitur à patronis contrariæ sententiæ. Et confirmatur, quia mortuo coniuge ad fidem cōuerso, nullus negaret integrum esse infideli, ad aliud matrimonium migrare, non obstante peccato quod in legē prioris matrimonij admisit. Similiter ergo id licet, postquam fidelis

ad alias nuptias, aut professionem transit. Quia æque in his casibus dissoluitur matrimonium prius, ac cōiugis morte. Tandem quia non maior prohibitio cōcedenda est respectu infidelis, quā respectu fidelis eiusdem criminis rei cōtra matrimonij legem: cum grauius sit fidelis delictū. At si delis peccās in legem matrimonij, nolens absq; iusta causa coniugem sequi, sed ab eo prorsus recedens, dissoluto eo matrimonio per mortē, aut professionem alterius coniugis, potest ad aliud matrimonium trāsire. Cur ergo id negandum est infideli in similem matrimonij legem peccatū? Et ita sustinet Glossa. c. finali. verb. & in matrimonio 28. q. 2. Durandus. 4. d. 39. q. 2. nu. 25. Et ibi Mayronis. q. vnica. Guillelm. Borillong. ibi. q. vnica. art. 3. difficultate 2. Abulensis 1. Regum 8. q. 127. Ledesma. 2. p. 4. q. 6. art. 5. ad finē. Veracruz 2. p. Speculi, art. 3. 4. concl. 2. Vguerius lib. Inſtitur. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 10. Quādus 4. d. 39. disput. vnica, propositione 2. & ibi Celaia, q. vnica, in fine. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. nu. 5. fine. Et hoc explicat esse verum, quāuis infidelis minimē ad fidem conuertatur. Durandus, Abulensis, Celaia, Enriquez: & est verissimum. Vt rationes adductæ probant.

7. Ad argumenta. nu. 3. proposita respondetur. Ad 1. constat ex dictis, nu. præcedenti, vbi probauimus nulli talem penam infligi. Ad 2. dic cum Glossa eodem. c. finali. verb. & in matrimonio 5; illum peccare in matrimonio prioris fractione, & non contrahendo secundum. (vt. nu. præcedenti explicui.) Ad 3. dic dissolui quo ad vtrūq; quando verē dirimitur illud matrimonium: eò quòd claudicare nequeat quoad vinculum. Quare dū illi textus aūt dissolui quoad fidelem, qui relinquitur, intelligitur ius dissolui per aliud matrimonium, aut professionē, soli fidelis cōpetere: (vt explicuimus disp. 75. nu. 6. & 7.) at semel per fidelē dissoluto, quilibet liber est ad aliud inuēndū.

DE IMPEDIMENTO CRIMINIS. DISP. SEPTVAGESIMA OCTAVA.

Vtrum crimen machinationis mortis alterius cōiugis dirimat matrimonium?

SVMMARIVM.

An adulterium solum dirimat: ac quotuplex sit crimen dirimens? Et enodantur. c. 1. de eo qui duxit: & c. 1. illud 31. q. 1. n. 1.

Machinatio mortis coniugis cum adulterio dirimit matrimonium. siue alter coniux eam machinetur, siue adulter. siue adultera, licet non interueniat promissio matrimonij. nu. 2.